

Band II., Nr. A2, Seite 389-436

Schenkungen an das Kloster Zwiefalten durch Luitgard von Beuren und
ihren Onkel, den Priester Eberhard

Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe. (Um 1130.)

Notum sit cunctis in Zwiuuldensi cenobio constitutis, quantis vel qualibus beneficiis hunc locum ditaverint pię memorię Livggarda de Buirron¹, nec non avunculus eius, Eberhardus² sacerdos, quem ad hoc crebra exhortatione sua prefata dei famula perduxit. In coemptione predii quod apud Rutelingin comparavimus, seu aliarum rerum ibidem necessariarum, fere centum marchas argenti ab eis datas expendimus. Deinde duas hōbas apud Nivinhusin XX marcharum precio nobis comparaverunt. Post obitum vero pię recordationis Eberhardi, avunculi sui, denuo XX marchas in auro et argento memorata dedit Livggarda huiusmodi pacto interposito, quatenus eadem pecunia in usus servorum et ancillarum Christi, quolibet modo vellent, expenderetur et anniversarius dies avunculi sui per singulos annos cum missa et officio mortuorum, tribus luminibus accensis omnibusque signis ecclēsię concrepantibus, celebretur, ipsa quoque die cunctis hīc deo famulantibus largiter cibus et potus pro eo administretur. Post hoc XIII marchas in usus cuiusdam allodii nomine Heroluesstetin expendit atque ecclēsiam ibidem a fundamentis cum aliis edificiis construxit. Alio tempore marcham unam, et alio talentum argenti dedit, rursus alio equum qui marcham unam dicebatur valere tradidit. Calicem quoque, decenter aurificis manu fabrefactum, binas marchas argenti appendentem, supra dominicum altare posuit, ubi similiter alio tempore albam bonam locavit. Preter ista diversis temporibus publice vel privatim ad vestitum servorum vel ancillarum dei linei panni plus quam ducentos cubitus, lanei quoque ducentorum cubitorum mensuram excedentem huic contulit loco.

Pro his atque huiusmodi beneficiis domnus Ödalricus³ abbas cum senioribus suis illi pollicitus est, quatenus post obitum eius unius sororis vel monachi apud nos consortium in orationibus et elemosinis pleniter haberet. Quod ita factum est. Super hęc statuerunt anniversarium depositionis eius diem cum officio missaque defunctorum, quinque lampadibus accensis celebrem agi, atque ipsa die uberem karitatem cibi et potus cunctis fratribus interioribus et exterioribus seu etiam sororibus nostris impendi. Unam quoque ancillarum eius ipsius rogatu in consortium sororum nostrarum suscepimus.

¹Unbestimmbar, welches, vielleicht Ennabeuren.

²Vgl. die Angaben zu Eberhard in der Formalbeschreibung.

³Abt Ulrich I. (1095 Mai 1 – 1139 März 19).

Die hier mitgeteilte Aufzeichnung steht, von einer zierlichen Hand des 12. Jahrhunderts, unmittelbar hinter der mit Biblia 4^o, nr. 39 bezeichneten, dem 11. Jahrhundert angehörigen pergamentenen Evangelienhandschrift der Württembergischen Landesbibliothek in Stuttgart und zwar auf der Rückseite des Blattes, auf dessen Vorderseite die Handschrift schließt. Darunter steht von einer Hand aus der letzten Hälfte des 15. Jahrhunderts, sehr schlecht und kaum leserlich geschrieben: *Notandum quod dominus Iohannes (III. 1437–1474), abbas Zwifuldensis, de communi consensu totius Conventus hoc anniversarium restauravit et in anno peragendum VIII. idus octobris.*

Mit dieser Aufzeichnung können übrigens noch die folgenden beiden Stellen der Zwiefalter Chronik des Mönchs Berthold verglichen werden, welche von der gleichen Schenkung handeln und einige Zusätze zum nachfolgenden Text enthalten. Die Chronik berichtet nach dem Abdruck in MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA INDE AB ANNO CHRISTI 500 USQUE AD ANNUM 1500. SCRIPTORES, BD. 10 : Annales et chronica aevi Salici. Vitae aevi Carolini et Saxonici, hrsg. Von Georg Heinrich Pertz, Hannover 1852. [ND Stuttgart u.a. 1987], S. 105: *Eberhardus presbyter de Erichstein apud Niuwinhusin duos mansos dedit, quos a militibus Connonis comitis (von Achalm) 19 libris argenti emit*, und MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA INDE AB ANNO CHRISTI 500 USQUE AD ANNUM 1500. SCRIPTORES, BD. 10 : Annales et chronica aevi Salici. Vitae aevi Carolini et Saxonici, hrsg. Von Georg Heinrich Pertz, Hannover 1852. [ND Stuttgart u.a. 1987], S. 108: *Ebirhardus presbyter de Erichstein cum sua nepte Liutgarda apud Rutelingin tradiderunt quatuor mansus et apud Niwinhusin duos mansus et quadraginta marcas argenti.* Über die Zeitangabe 1130 sind die unter dem Text folgenden Anmerkungen zu vergleichen. Übrigens nimmt eine dem 17. Jahrhundert angehörige Zusammenstellung der Besitzungen des Klosters außerhalb seines geschlossenen Gebiets, da wo es der Schenkung in Herolstetten nach der folgenden Aufzeichnung erwähnt, ebenfalls beiläufig das Jahr 1130 an.

Nachträglich wurde eine aus glaubwürdigen Quellen geschöpfte Papierhandschrift in folio aufgefunden, das *kurtze Verzeichnuss was von Anno 1089 der Stiftung des löbl. Gotteshausen Zwifalten von Jar zu Jar bis vff Annum 16[50] beloffen* usw., das die hier mitgeteilte Aufzeichnung ebenfalls wörtlich unter dem Jahr 1137 enthält.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

WLB Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

Cod. bibl. 4^o, 39

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Beuren

Ennabeuren Wohnplatz (17002)

Ennabeuren, Heroldstatt, UL

Heroldstetten Wüstung (23918)

Heroldstetten, Heroldstatt, UL, W

Neuhausen an der Erms Wohnplatz (15898)

Neuhausen an der Erms, Metzgingen, RT

Reutlingen Wohnplatz (15981)

Reutlingen, RT

Zwiefalten Wohnplatz (16028)

Zwiefalten, RT